Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



158

uobis dico ut non doleatis · qui enim ista non dolent · Non est in eis
caritas xpi · Qui autem et iam de alib: gaudent abundant in eis malig
nitas diaboli · Non quia in memorato presbitero adparuit aliquid
quod dignum damnatione iudicaretur · Sed quia duo de domo nostra
talem habent causam · Unus eorum sine dubio perditus habeatur ·
Et sit alterius fama apud quos dam mala · apud quos dam dubia · et iam
si non sit maculata conscientia · dolet et ista quoniam dolenda sunt non
tamen sic · ut eo dolore uera caritas abeneuiuendo refrigescat ·
Sed potius ad dominum deprecandum inardescat · Ut si innocens est · presbiter
uester quod magis credo qui a cum sensisset alterius motum inpu
dicum et inmundum nec consentire uoluit nec tacere · Cito eum sua
diuina sententia manifestatum ministerio propriore presentet ·
Si autem male sibi conscius quod suspicari non audeo · Uoluit alterius
existimationem laedere · Cum eius pudicitiam contaminare non
posset sicut dicit ipse cum quo habet causam non eum permittat suo moc
cultare nequitiam · Ut quod homines inuenire non possunt · De
quo libet eorum diuino iudicio propaletur · cum enim me causa ista diu
cruciasset · Nec inuenirem quomodo unus ex duob: conuinceretur ·
Quamuis magis presbitero credidissem · Cogitauerem primo
si cambos deus relinquere · donec in uno eorum qui mihi suspectus erat ·
aliquid existeret · unde non sine iusta et manifesta causa de nostro habi
taculo proficeretur · sed cum promoueri in clericatu siue illic per me siue
alibi per litteras meas · uehementissime conaretur · Ego autem
nullo modo adducerer ei homini de quo tantum mali existimare
manus ordinationi sin ponere aut per commendationem meam alicui
fratri meo eum subintroducere turbulentius agere coepit ut
sui ipse in clericatu non promoueretur · Nec presbiter bonifatius ·
in suo gradu esse permitteretur · In qua eius prouocatione cum uiderem
bonifatium nolle quib: libet infirmis et ad suspicionem propensis de
sua euitae dubitatione scandalum fieri paratum quae esse